

maternum quasi præcipitur, & indulgetur, ac immulge-
tur aliis. deridendi si straminis aut exigui fili nodo adfixi
non secus ac si ferro & vera compede devicti. Aeo no-
stro minimè longævo in vinum proniores & promptiores
permulti. Etsi vino nihil salubrius, multis venenum, si
corpore male dediti vino si abutantur. Ut venena vinis
admixta medicorum scito pernicipter & perniciosè pene-
rant: sic vina in venas admissa perscrutant omnia, & sæpè
nec scrinia relinquunt. Si contagem illam quantum hu-
maniter possunt fugerent, multa mala effugerent. Hisce
omnibus posthabitatis multi vitem florentem aut mature-
fcentem magnâ spe exspectant; semper non exiguum al-
libili & volibili liquore incrementum. Nonnunquam e-
tiam guttis istius humoris se ita irrigant, ut madescant at-
que nimium efflorescant. Ut vitis, nisi amputetur, latissi-
mè se spargit, & iste affectus, quem auta velificatur popu-
laritatis. Manet usque èo prosperum Imperium, dum in
eo vera consilia valent. Vbi ambitio, avaritia, Luxuria il-
lud corrupere primùm, imminuuntur illius opes, deinde
etiam ipsum met Imperium adimitur ac perit. Profectò
nullum vitium tætrius Avaritiâ, præsertim in Reip gubernatoribus; si opes adfluunt, avaritia torquet, & angor
servandi ac dispensandi si desunt & quaerunt eas per undas
per ignes. Omiseria & insipientia mera! Numquàm qui-
escere, absentia petere, præsentia contemnere; & vitam
semper inter vota suspensam habere, hæc vera philoso-
phia est posse habere, posse carere, iisdem uti bené, & bo-
nis sublevandis. Duobus maxime modis homines solent
in melius sententiam mutare, propriis Calamitatibus e-
docti, vel alienorum exemplis admoniti, firmant clades
igitur, & ut arbores ventis agitatæ, altiñs radices agunt:
Sic boni in virtute magis comprehendunt impulsu aliquo-
ties